



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 871. An & quo jure dissolvatur matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

TITULUS XXXII.

De conversione conjugatorum.

Quest. 871. An & quo jure dissolvatur matrimonium ratum per professionem religiosam.

R Esp. Ad primum: Matrimonium ratum necdum consummatum quò ad vinculum dirimitur, etiam altero conjugè invito, per professionem solennem in religione approbata factam, pro, ut constat ex c. 2. 7. & 14. h. t. item ex Trident. sess. 24. de sacram. matr. can. 6. unde etiam id ipsum de fide est, ut Castrop. loc. paulo post citand. n. 5. ex ea quoque ratione, quòd per tale matrimonium inducatur quòdam tantum conjunctio seu vinculum spirituale, cui subest tacita conditio resolutiva; nisi sequatur mors alterius conjugum spiritualis seu civilis, qualis est professio solennis in religione approbata. Pirh. h. t. n. 44. cum Zoëf. comment. ad h. t. n. 17. item, quæ est ratio à priori, quòd tale matrimonium significet conjunctionem Christi cum Ecclesia per caritatem, quæ solvitur per peccatum mortale, sãltem respectu singulorum membrorum; matrimonium verò consummatum copulã carnali conjunctionem Christi cum Ecclesia per assumptionem carnis, quæ indissolubilis est. Unde jam infertur primò, matrimonium ratum dirimi per professionem emissam in ordine militari S. Joannis Hierosolymitani, utpote quæ solennis est, constituens hos Equites verè & propriè religiosos, Henrig. in sum. l. 11. c. 8. n. 6. Azor. p. 1. l. 13. c. 6. g. 4. Sanch. de matrim. l. 2. d. 18. n. 8. Guttier. eod. tr. c. 54. n. 7. Ponc. eod. l. 9. c. 7. n. 2. & 3. Castrop. tr. 28. d. 3. p. 2. §. 4. n. 1. & plurimi alii, quos citat & sequitur Barbof. inc. 7. h. t. n. 3. dicens cum Sanch. n. 7. Gutt. n. 5. & aliis illud certissimum de monialibus & clericis ordinum militarium sub clausura viventium, contra Sarmient. de re dit. Eccles. p. 4. c. 1. n. 13. referentem pro se Sotum in 4. dist. 27. q. 1. a. 4. qui negat id de professione dictorum equitum. Infertur secundo; è contra non dirimi matrimonium ratum per vota emissa in ordine militari Calatravæ & Alcantaræ, quippe quibus tantum promittitur castitas conjugalis. Barbof. l. c. neque etiam professione vitæ Eremiticæ. Sanch. l. c. n. 5. Gutt. l. c. n. 3. Barbof. l. c. n. 5. qui n. 4. cum iisdem idem dicit de quibuscumque feminis tertiariis S. Dominici, & etiam viris tertii ordinis S. Francisci (intellige non collegialiter viventibus) quippe quorum vota non sunt solennia, sed simplicia, contrarium sentientibus de iisdem collegialiter viventibus; cum hi emittant tria vota substantialia solenniter. Ponc. l. c. c. 8. n. 1. Rodrig. 99. reg. tom. 3. q. 72. a. 1. & 2. Castrop. l. c. Infertur denique non dirimi matrimonium jam contractum ratum tantum per vota coadjutorum formatorum in Societate; quia quamvis sint publica, non tamen sint solennia; multòque minus per vota scholasticorum & coadjutorum temporalium, quippe quæ nec solennia nec publica, ut Suar. Tom. 4. de relig. tr. 10. l. 4. de voto simpl. c. 2. n. 4. & seq. Sanch. l. c. n. 6. & ita docent Sanch. ibid. & in præcep. decal. Tom. 2. l. 5. c. 1. n. 29. Vasq. 1. 2. d. 165. c. 10. Henrig. l. 11. c. 8. n. 7. Pirh. h. t.

n. 47. Barbof. l. c. n. 6. qui tamen quòd addit dirimi matrimonium per vota simplicia scholasticorum, intelligendum de matrimonio contrahendo, de quo sic statuit Gregor. in Constitut. Sua ascendentem Domino, ut matrimonium post dicta vota contractum sit nullum, intellige, quam diu ab iis votis non sunt absoluti scholastici per dimissionem. Quemadmodum votum castitatis, et si solenne, annexum sacro ordini dirimit matrimonium postmodum contrahendum, seu impedit valorem illius, non verò dirimit illud prius jam contractum, et si ratum tantum juxta Extrav. unic. de voto estque etiam ratio, cur per vota ista simplicia scholasticorum edicta post biennium novitiatus non dissolvatur matrimonium ratum jam contractum, nimirum ne uxor diu aliàs expectare cogatur ad professionem illorum, quæ non nisi diu post illa emititur, ut ex S. cong. concil. sub die 16. Aprilis 1621. refert Barbof. inc. 2. h. t. n. 2. in fine. Unde etiam, ne desertæ conjugi illa dilatio reddatur difficilior, ejus consortem ingressam religionem, uno probationis anno exacto admittendum ad professionem censent Suar. l. c. n. 13. & Perez. de matrim. d. 20. f. 4. n. 12. apud Wiestn. h. t. n. 11.

2. Resp. Ad secundum: Probabilius videtur matrimonium ratum solvi per professionem jure solùm Ecclesiastico, ut docent Suar. Tom. 3. de relig. l. 9. c. 6. per totum. Castrop. l. c. n. 5. Perez. l. c. f. 3. n. 11. Lell. l. 2. c. 41. n. 69. Laym. l. 5. tr. 10. c. 11. n. 3. Zoëf. ad h. t. n. 18. Fagn. inc. 18. h. t. Pirh. h. t. n. 45. siquidem non solvitur jure naturæ; cum spectatã rei naturã insolubile dissolvi nequeat mutuo consensu aut ex aliis causis, ex quibus alii contractus dissolvi possunt, aut vim etiam illam solvendi illud professio ex natura sua, seu quia constituit statum perfectiorem repugnantem matrimonio non habeat, ut docent D. Thom. in 4. dist. 27. q. 1. a. 3. Covar. 4. decret. 2. part. c. 7. §. 4. n. 7. Bellarm. l. 2. de monach. c. 8. & alii apud Castrop. l. c. n. 2. dicentem hanc sententiam nullo fundamento firmo niti, falsum siquidem esse, quòd ex natura sua seu ratione perfectionis suæ consistere nequeat cum matrimonio rato; cum etiam consistere possit cum eo consummato, ut patet, dum ex consensu conjugis vel facto divortio proficitur, non dissoluto per hoc matrimonio consummato. Sed neque immediatè jure divino positivo, Christo hanc ei vim dissolvendi immediatè concedente, cum ea jure nullo positivo & Ecclesiastico illi concessa, ut tenent & ostendere conantur pluribus Sanch. l. 2. de matrim. d. 19. n. 3. Gutt. l. 1. 99. can. c. 17. n. 26. & 35. & de mat. c. 54. n. 8. Ponc. l. 9. c. 5. cum aliàs etiam solveretur per votum simplex religionis, dum votum simplex & solenne jure divino sint ejusdem rationis, sitque solennitas verborum sola constitutione ecclesiastica inducta, ut patet ex c. unico de voto in 6. atque ita professionem vim illam dissolvendi matrimonium ratum immediatè ab autoritate Pontificis collata ei à Christo habere ex traditione Ecclesiæ colligimus, ut ait Castrop. l. c. n. 5. eò quòd deceret, Christum Vicario suo relinquere potestatem instituendi statum aliquem perfectionis, quo matrimonium ratum dissol-

dissolveretur. Quæ in contrarium asseruntur pro sententia secunda vide diluta à Castrop. *l. c. n. 3. juncto n. 4.*

Quæst. 872. Intra quod tempus post matrimonium ratum conjugum alter ingredi possit religionem.

1. Resp. Tam sponsa quam sponsus de præsentate post matrimonium legitime contractum ratum solummodo conceditur bimestre ad deliberandum de religionis ingressu, ut constat ex *c. publico. 7. h. 2. circa quam juris dispositionem notanda sequentia.*

Primò. Concedi hoc bimestre (quod duobus mensibus completur, ut Sanch. *l. 2. de mat. d. 24. à n. 3. Ponc. l. 9. c. 9. à n. 4. Barbof. in cit. c. 7. n. 9.*) regulariter loquendo à die matrimonii contracti ad ingressum religionis usque. Dico: regulariter, nam si fortè dubitatum de matrimonii valore, computandum à die declarati validi & designationis illius bimestris aut alterius temporis factæ per judicem, qui fuit casus *cit. c. 7.* ubi mulier de valore matrimonii sui disceptans jam diu ante fuerat in eo.

2. Secundò notandum per ingressum in religionem non intelligi illum, qui fit cum effectu seu per professionem, ita ut statim elapsis duobus mensibus teneatur profiteri, vel matrimonium consummare, sed qui fit per ingressum in novitium vel assumptionem habitus. Uti verius contra Abb. in *cit. c. 7. n. 11. Nav. in man. c. 16. n. 27.* & alios docent Henriq. *l. 12. c. 5. n. 8. Sanch. l. c. à n. 4. Pont. n. 2. Gutt. de matr. c. 54. n. 11. Galp. Hurtad. eod. d. 8. diffic. 8. Castrop. l. c. n. 2. Pirh. h. t. n. 51. Barbof. in cit. c. 7. n. 8.* citatis insuper pluribus aliis. Siquidem ut valide emittatur professio in quacunque religione necessariò præmittendus est integer probationis annus post ingressum in novitium vi decreti *Con. Trid. sess. 25. cap. 15. juncto c. 22.* Cumque decreto irritanti, quale est hoc, appositò alicui dispositioni nequeat renunciari juxta *c. dilecto de præb. S. ibi Gl. v. hujusmodi clausula.* probationi illi quò ad tempus annale renunciari non potest juxta declarationem S. Cong. Concil. apud Fagn. in *cit. c. 7. n. 25.* videturque illud specialiter in hoc casu requiri ad probandos mores talium conjugum utpote qui regulariter de religione nunquam cogitarunt, & sæpe potiùs ex odio & aversione conjugis, quam amore perfectionis religionem amplectuntur, ut Castrop. *cit. n. 2. per c. ex parte h. t. S. c. veniens. Qui clerici vel vovent.* Unde jam conjux relictus in sæculo lapsus istius anni ultra duos illos menses quos habuit ad deliberandum, expectare cogitur, antequam soluto matrimonio ad secunda vota procedere possit. Quin & per annos quatuor, nimirum dum sponsa annos pubertatis attingens, seu duodennis ingressa religionem, utpote quæ ante annum 16. ætatis profiteri nequit. Ut Pont. *cit. c. 9. n. 3. Henriq. cit. c. 5. §. 8. Lit. F. Gutt. n. 12. Sanch. l. c. n. 9.* quos citat & sequitur Barbof. *l. c. n. 8.* item Castrop. Pirh. *l. c. cit.* His non obstante, quòd grave sit alteri conjugi tam diu continere, cum non fiat ei per hoc ab eo injuria, qui utitur jure suo, & quidem ejus alter conjux non fuit ignarus, qui proinde sibi hoc gravamen imputare debet. Ne autem mora illa evadat diuturnior, adeòque cedat in majus gravamen & præjudicium conjugis relictæ, dum sponsa religionem ingressa, intra annum probationis transiret ad aliam religionem, experiendi causâ, in qua

de novò novitiatus inchoandus & per annum continuandus, Judex præfigere debet ei terminum peremptorium, nimirum, ut in alterutra religione absoluto per annum noviatu profiteatur, vel ad conjugem revertatur, eique petenti debitum reddat. Sanch. *cit. n. 9. Gutt. n. 13. Castrop. l. c. n. 3. Barbof. l. c. n. 8. Pont. cit. c. 9. n. 10. Pirh. n. 52.*

3. Notandum Tertio: Bimestre illud à jure concessum & regulariter à judice post sublatam per eum controversiam de valore matrimonii præfigendum, ab eodem coarctari vel prorogari posse ex causa valde urgente, ut tradunt cum Gl. in *c. 7. h. 2. v. infra dubium. Abb. ibidem. n. 11. Sanch. l. c. n. 12. Gutt. n. 16. Pont. l. c. à n. 8. Castrop. n. 5. Pirh. l. c.* & alii communiter ex ea ratione, quòd, licet, quando terminus certus præfigitur à lege sine ministerio seu opera Judicis hic non possit eum abbreviare vel extendere, quia non est supra legem; potest tamen id ipsum, ubi à jure committitur terminus ille mediante opera judicis præfigendus ut juxta *l. 2. ff. de sent. S. re judic. S. ibi. Barbof. n. 4. ellolin. de primog. l. 2. c. 14. n. 19. Pont. l. c. jam verò. cit. c. 7.* non tam designatur bimestre, quam mandetur judici, ut is illud designet, ut Sanch. *l. c.*

4. Notandum Quarto: Quòd licet probabile sit, imò communis sententia, ut ait Castrop. *l. c. n. 7.* hoc bimestre competere conjugibus, neutro eorum cogitante de ingressu religionis, vel etiam utroque positivè nolente ingredi, ita ut neuter interea reddere petitum à se debitum seu consummare matrimonium teneatur, eò quòd licet ab initio istum animum non habuerint, vel etiam habuerint contrarium, mentem tamen interea in melius mutare possint, ut cum Gl. in *c. conjuges. 27. q. 2. v. primum.* docent: Sylv. *v. debitum. q. 1. caus. 4. Rosell. ibid. n. 2. Armill. n. 5. Pont. l. c. n. 7. Sanch. l. c. n. 25.* contrarium nihilominus, nimirum non competere nisi iis, qui animum ingrediendi religionem habent, vel saltem de ea ingredienda deliberant, probabilius & verius cenent Cöninck. *de mat. d. 26. du. 4. n. 46. Angel. v. debitum. n. 14. Hurtad. d. 8. diffic. 8.* quos citat & sequitur Castrop. *l. c. n. 7.* item Laym. *l. 5. tr. 10. c. 11. Pirh. h. t. n. 53.* ex ea ratione, quòd per contractum matrimonii statim uterque conjux tradit alteri potestatem sui corporis, adeoque teneantur invicem sibi reddere debitum, nisi jure pontificio ob bonum religionis, vel mutuo consensu, aliquo tempore hæc obligatio suspendatur; nullis autem conjugibus aliis invenitur suspensa, quam qui de ingredienda religione deliberant, ut patet ex *cit. c. 7.* ubi tantum, & nullibi alibi hoc bimestre concessum. Neque etiam hanc obligationem mutuo consensu suspensam suppono. His non obstante, quòd propositum ingrediendi habere possint, aut voluntatem non ingrediendi in melius mutare possint; cum de hoc in jure nulla fiat mentio.

5. Notandum quinto: Bimestri illo aut etiam alio tempore præfixo elapsò absque consummatione matrimonii, non ita arctari conjuges ad consummandum illud seu reddendum debitum, quin uterque altero invito in continenti adhuc ingredi licetè possit religionem, & post ingressum completo anno probationis in ea valide profiteri; eò quòd, quam diu matrimonium consummatum non est, jura concedant electionem status religiosi. Uti Arg. *cit. c. 7.* (ubi mulieri, postquam jam diu ultra bimestre fuerat in matrimonio citra consummationem